

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. VII. Quæ Divi Augustini circa libertatem indifferentiæ, hominisque, in
naturâ lapsâ immunitatem à neceßitate, fuerit sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

Justinus
Martyr in
Apologia
ad Senatum.

III.
S. Chrysostomus his verbis: *Quoniam bona atque mala Deus posuit in nostrâ potestate, electionis liberum donavit arbitrium, & nos invitos non retinet, sed volentes amplectitur.* Eodem pland modo loquitur Tertullianus: *Ceterum nec boni, nec mali merces iure pensaret ei, qui bonus, aut malus necessitate inventus fuisset, non voluntate. Nisi ergo quis liber sit à necessitate, nec præmio, nec pena juxta Tertullianum dignus esse potest.* Ad idem intentum pulcherrime S. Ambrosius: *Non servit, inquit, ad obedientium constringimur necessitate, sed voluntate arbitria, sive ad virtutem propendemus, sive ad culpam inclinamus.*

Tertull. 1.2.
contra Martion. cap. 5.

S. Ambrosius lib. de Jacob & vita beatæ

IV.
S. Epiphanius hæc 16.

S. Hieronymus
ius ep. 146
ad Damascum.

Huc etiam spectat illud S. Epiphanius: *Propterea quod posse (homo) peccare, & non peccare, ab alio peccatorum supplicia sumuntur, aliud vero laudem fert recte factorum.* Nec minus clara hac in re est mens S. Hieronymi, qui sic loquitur: *Dedit eis liberum arbitrium: dedit mentis propriæ libertatem, & ut vivere unusquisque, non ex imperio Dei, sed ex obsequio suo: id est, non ex necessitate, sed ex voluntate, ut virtus haberet locum.* Denique S. Hilarius in Psalmum 118. *Vnicuique, inquit, ad id quod volet via est proposita, vivendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas: & ob id unusquisque aut panis, aut premio afficietur electio.* Innumera alia sanctorum Patrum, tum Græcorum, tum Latinorum, ad hominis libertatem altruendam testimonia proferre possunt, sed haec ad intentum sufficiunt.

V.
De Patrum circa Libertatem confessu dubitate nemore poteſt.

Magdeburgorum in Patres petulamia.

præmium sanctificationem habeat, quoniam natura utitur liberâ, ut ad utramlibet posse inclinari, ad electionem scilicet boni & peiorum. Eadem mens est Jansenii Martyris, qui de bonis hominum operibus loquens, sic habet: *Negre quidquam horum laude dignum est, nisi illi utramque in partem convertere, & quasi electere se possent.*

III.
S. Chrysostomus his verbis: *Quoniam bona atque mala Deus posuit in nostrâ potestate, electionis liberum donavit arbitrium, & nos invitos non retinet, sed volentes amplectitur.* Eodem pland modo loquitur Tertullianus:

Ceterum nec boni, nec mali merces iure pensaret ei, qui bonus, aut malus necessitate inventus fuisset, non voluntate. Nisi ergo quis liber sit à necessitate,

nec præmio, nec pena juxta Tertullianum dignus esse potest. Ad idem intentum pulcherrime S. Ambrosius: *Non servit, inquit, ad obedientium constringimur necessitate, sed voluntate arbitria, sive ad virtutem propendemus, sive ad culpam inclinamus.*

Tertull. 1.2.
contra Martion. cap. 5.

S. Ambrosius lib. de Jacob & vita beatæ

IV.
S. Epiphanius hæc 16.

S. Hieronymus
ius ep. 146
ad Damascum.

Huc etiam spectat illud S. Epiphanius: *Propterea quod posse (homo) peccare, & non peccare, ab alio peccatorum supplicia sumuntur, aliud vero laudem fert recte factorum.* Nec minus clara hac in re est mens S. Hieronymi, qui sic loquitur: *Dedit eis liberum arbitrium: dedit mentis propriæ libertatem, & ut vivere unusquisque, non ex imperio Dei, sed ex obsequio suo: id est, non ex necessitate, sed ex voluntate, ut virtus haberet locum.* Denique S. Hilarius in Psalmum 118. *Vnicuique, inquit, ad id quod volet via est proposita, vivendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas: & ob id unusquisque aut panis, aut premio afficietur electio.* Innumera alia sanctorum Patrum, tum Græcorum, tum Latinorum, ad hominis libertatem altruendam testimonia proferre possunt, sed haec ad intentum sufficiunt.

V.
De Patrum circa Libertatem confessu dubitate nemore poteſt.

Magdeburgorum in Patres petulamia.

Luce ergo clarius est, uno Patres omnes consenserunt in hoc conspirare, hominibus scilicet liberum inesse arbitrium, plenunq; eos habere sibi in ordine ad bonum & malum dominum: & nihil ferme est, quod majore studio & conatu stabilire nituntur, validioribusque firmare argumentis, tanquam totius humanae & honestæ vita basim ac fundamentum. Imò hanc Patrum esse sententiam, Sectarii ipsi agnoscunt, se proinde hac in parte Patribus adversari profitentur. Imò eo temeritatis & audacia procedunt Magdeburgici, cum aliis quibusdam, ut hoc nomine acriter Patres reprehendant, acerbèque in eos inveniantur, quod in arbitrii libertate, hominiisque post Adami lapsum indifferentia aſtrundā, stabiliendāque tantopere defudantur. Quo vero hanc in re S. Augustini mens fuerit, dicetur Sectione sequente.

SECTIO SEPTIMA.

Quæ Divi Augustini circa libertatem indifferentie, hominiisque in natura lapsa immunitatem à necessitate fuerit sententia.

I.
Objicit Jan-
senius S. Au-
gustinius
negare Li-
bertatem
indifferen-
tia.

QUAMVIS aliorum Patrum in hâc de libertate controversia auctoritatem non respuat Jansenius, præcipue tamen ad S. Augustinum provocat; quo, inquit, si præium devolvatur, debellatum est, nec tam arma ad conflictum, quam laurea ad triumphum comparanda. Objicit itaque, apertissimam S. Augustini doctrinam esse, nullam in nobis post lapsum primi parentis

dari libertatem indifferentie ad bonum & malum, sed quicquid, sive recte, sive secus sit, neceſſariō fieri, vel gratiā ad benē operandum, vel concupiscentiā ad peccandum, ab intrinſeco, & abſolutē ita determinante, ut penes nos non sit refiſte, neminemque in bonis aut malis actibus à necessitate esse immūnem. Hæc ille. Huic ob-

jectioni à Calvinio dudum proposita, ex cuius scriptis illam, ut plura alia verisimiliter hauiſt Janſenius, Bellarminus in Præfatiōne de Libero arbitrio, §. Sed à partibus, his verbis responderet:

Calvino hinc idem dudum obſticiens quidem refutat Bellarmino.

Omuto, inquit, quod etiam B. Augustinus Calvinum faueret, tamen neminem tam iniquum judicem esse oportet, qui unum hominem, quamvis Doctissimum, omnium seculorum Patribis & Doctoribus, totique Ecclesiæ, atque adeo orbis terra consensiū anterrefret. Quod Bellarminus Calvinum, hoc mutato nomine Jansenista dictum putent Irenesi.

Secundū tamen dico, certissimum esse, docere

II.
S. Augustinum in hominibus post Adami lapsum Certum est S. Augustinius decet, in natura

dari libertatem indifferentie. Hoc imprimis clarissime probat illud Divi Augustini dictum, quod separata, sectione primâ, Lapidem dei num. 2. attuli. Si laboriosum est, inquit, omniaman-

libertatem dare memoriæ, hoc brevissimum tene: quacunque ista indificia causa est voluntate, si non potest ei resisti, sine peccato

S. Augustinius
tom. 1. lib. 2. cap. 14.

ei cedat. Quod idem dictum repetit, & approbat libro de Naturâ & Gratiâ, cap. 67. quem lib. de Lib. ab

brum scripsit contra Pelagium: quod indicio est cap. 14.

eum in his libris non mutasse sententiam. Libro etiam de vera Religione cap. 14. Si, inquit, necessitate id fecissent, nullo peccati crimen tenerentur. Quod tam clarum esse affirmat, ut nulla Doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Item libro primo de actis cum Felice Manich. cap. 4. Habet unusquisque in voluntate, aut eligere quæ bona sunt, & esse arbor bona: aut eligere quæ mala sunt, & esse arbor mala. Tandem ut alia omittam lib. 2. contra Faustum sic scribit: Et nos sub facto stellarum nullius hominis genesis ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis, quo vel bene vel male vivitur, propter justum judicium Dei, ab omni necessitate vinculo vindicemus. Quid clarius?

Nec exultimet quisquam (quod opponunt non nulli) S. Doctorem in libris contra Pelagianos scriptis mutasse sententiam, quod cum non tecum optimè ostendit Bellarminus lib. 5. de gratiâ & libero arbitrio cap. 28. & ex quibusdam S. Augustini testimoniosis, quæ hic adducam, clarè confitabit.

Præter dicta ergo num. præcedente libro de spiritu & literâ, cap. 34. ait Misericordiam Dei in omnibus

prævenire nos: sed consentire Dei vocationi, vel ab eâ dissentire, propria voluntatis esse. Deinde libro de gratiâ & libero arbitrio contra Pelagianos scripto, cap. 2. postquam illud i. Joan. 2. retulisset, Nolite diligere mundum, &c. subjungit: Nempe ubi dicitur, noli hoc, & noli illud: & ubi ad aliquid faciendum,

vel non faciendum in divinis mandatis opus voluntatis exigitur, sat liberum demonstratur arbitrium. Libro etiam de naturâ & gratiâ, cap. 65. cùm hoc S. Hieronymi dictum retulisset, Liberi arbitrii nos condidit Deus: nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahiri: alioquin ubi necessitas est, nec damnatio, nec co-

rona est. Illis relatæ ea approbat S. Augustinus his verbis: Quis non agnoscat? Quis non toto corde suscipiat? Alia plurima in hanc rem D. Augustini afferre possem testimonia, sed hæc pro instituto sufficiant. Videatur Bellarminus citatus, & alii.

Appositum vero D. Augustini ad libertatem hominum probandam testimonium ponetur infra, sectione decimâ, num. septimo.

SECTIO